

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7122

**Autre(s) référence(s) :** Round 550

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Nicolas, Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieur)

**Bénéficiaire(s) :** Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1170-1173]

**Lieu d'émission :** Argentan

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation de l'église d'Ivrande et de divers biens, droits et revenus, faite au prieuré du Plessis.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCXXXVIII, t. 1, p. 568-569.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 550.

## Dissertation critique

« 1170 – 1172-1173 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 568. Souscription de Gilles, évêque d'Évreux (depuis 1170) ; cet acte, qui ne porte pas la formule *Dei gratia*, est antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse, pro salute anime mee et antecessorum meorum, et presenti carta confirmasse Nicholao priori et canonicis regularibus de Plaissicio, in perpetuam elemosinam, ecclesiam Sancte Marie de Iveranda, cum decimis et pertinentiis suis. Prior vero ponet in eadem ecclesia septem canonicos regulares, qui jugiter ibi Deo serviant, et providebit eis in temporalibus et spiritualibus ut regulariter ibi vivant et Deo digne ministrent. Et si aliquis eorum deliquerit, prior eum corrigat, et si expedire viderit, amoveat, et alium ydoneum

substituatur. Ad sustentationem vero illorum concedo et do eis in perpetuum supradictam ecclesiam de Iveranda, cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et totam terram que est intra fossata illorum interiora et exteriora, sicut claudunt locum, [et] pasturam eorum. Et in foresta mea de Landa Putrida mortuum boscum ad ignem eorum, et ad edificia ejusdem loci, et pasnagium quietum porcis eorum ; et centum libras Andegavensium in prepositura Baiocensi ; et si aliquo tempore alia moneta currerit in civitate illa, centum libras illius monete similiter percipiant annuatim. Volo autem et sic constituo ut unoquoque sabbato reddat prepositus avenantum de illis centum libris per manum servientis canonicorum ; et si uno sabbato minus fuerit, altero sabbato suppleatur, ita ut habita ratione per sabbata infra annum centum libre eis persolvantur. Concedo etiam eis et do mansuram cum domibus apud Baiocas que fuerunt Radulfi filii Riculfi, in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servicio seculari. Volo etiam et firmiter precipio ut predicti canonici et possessiones eorum et servientes eorum liberi sint et quieti per totam terram meam a theloneo et passagio et omni consuetudine. Henricus vero episcopus Baiocensis, pro amore Dei, liberavit et quietavit predictam ecclesiam ab omni episcopali consuetudine, salva tamen episcopo Baiocensi reverentia et debita obedientia. Ut autem hec mea elemosina cum integritate in perpetuum perseveret inconversa, presentis carte munimine et sigilli mei auctoritate eam corroboro.

Testibus : R. Rothomagensi archiepiscopo, A. Lexoviensi, H. Baiocensi, F. Sagiensi, E. Ebroicensi episcopis, Ricardo de Humetis constabulario, Jordano Taissun, Ricardo filio comitis, Willermo de Curci, Arche[m]baldo constabulario Tenerchebraii.

Apud Argentomum.